

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Capvt X. De scientia in ministerio sancti Evangelij requisita.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38601**

potest, nullisque viribus, cum ad noctem usque laboratum esset. Recedenibus cunctis, sola captiva apud templum in oratione perseverata. Postera die, prima luce redeunte populo columna reperita est supra basim in aere suspensa, quantum effec-  
tus unius pedis spatium. Magnificaverunt omnes  
**DEUM**, veraque captivae fidem recognove-  
runt. Quibus mirantibus, ac stupentibus, sensum  
supra basim suam nullo contingente deposita est;  
& summa cum libratione descendit. Mox reliqua  
columna magna facilitate erecta & collocata  
sunt: perfectum templum: & populi fide confirmata, suadente captiva, totius gentis legatio ad  
Imperatorem Constantinum mittitur, res gesta  
exponitur, & sacerdotes peruntur, qui cepimus erga manus implani. Ferunt Constantinum non  
minus hoc nuntio læratum, quam si gentes Ro-  
mano imperio incognitas, & ignota regna vies-  
ser, indeque Iberis jucundissimo vultu satisfe-  
cissent.

Eadem prædicandi formula Ministri necessaria. Ad vitæ denique exemplum valde expedire nemini dubium est, ut qui in ijsdem provincijs & regnis sunt, eis diversorum Ordinum professores, eandem prædicandi formulam, & doctrinam Christianam docendæ modum tenent, ne diversam fidem & Religionem annunciatrice videantur precipue tamen inter se strictissimo charitatis vinculo consentiant; quo facile quidvis perficietur: contraria tamen nihil ita percurbar, labefactare, exverteare furentes menses, ac mutua in et Evangelicos ministros diffundis, atque contentio. Scriptum est: Unus edificans & alter destruens, quid proficit ei, nisi labor. Et rursus: Non est dissensione DEUS sed pacis. Et alibi: Si quis videtur contentiosus esse, non tales confutendum non habemus, neque Eccl. 34. Cor. 14. 1. Cor. 11. Matt. 18. eius deus. Et va certè est illi, qui unum scandalizaverit ex his pusillis, qui credunt in Christum. Omnia ergo in charitate fiant, omnia secundum ordinem, omnia in vinculo pacis: nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: non que sua sunt singuli considerant es, sed ea quae aliorum,

C A P V T X.

## Descentia in ministerio sancti Evangelij requisita.

**P**ost orationem assiduam, mortum integrata-  
tem, ac vita exemplum, jam ultimo loco de  
scientia in ministerio Evangelico requisita dispe-  
nserendum est. Quatenus autem peritum esse oportet  
sacerdotem, satis ex Patrum Canonibus constat. Nam cum prædicandi verbi Dei fungatur of-  
ficio, cum sit hoc proprium Pastorum arque Do-  
ctorum, eum esse oportebit, quem Paulus descri-  
bit: *Ampliètatem eum, qui secundum doctrinam est  
fideliem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina  
sanâ, & eos, qui contradicunt, arguere.* Qui hæc præ-  
stare non potest, temerè Doctoris in Ecclesia usur-  
pat locum: magis sibi iuxta *Jacobum* judicium su-  
mons. Quod cum tantæ magnitudinis, tanti et-  
iam periclit sit; nemo satis præstare potest, nisi  
missus à Domino. *Quomodo enim, inquit, Rom. 10.*  
*prædicabunt, nisi mittantur?* Quare nisi ex officio in-  
cumbat, aut majorum auctoritate imponatur, aut

ipsa charitate aperiè perurgente suscipiatur; nemo  
onus Angelicis humeris formidabile subire au-  
deat.

Qualis verò, & quanta debeat esse sapientia  
Ministri, eit facile in specie determinare, cùm  
principiū res pensanda sit, ex qualitatibus natio-  
nū, & gentium, quibus Ministri definantur. A-  
lius enim scientie gradus in convertendis Iudeis,  
sive Hæreticis, aut Schismaticeis, aliis verò in Gen-  
tilibus prærequisitur. Nam ad agendum cum illis,  
linguarum peritia, ac in Theologia & Scriptura sacra,  
non mediocriter esse veratam requiritur:  
quamvis sèpè non tam disputationibus, quam  
vitæ integritate, exemplo, & oratione plus emolu-  
menti, quam ex disputationum congreſu succe-  
dat.

In Gentium verò prædicatione panis , qui in Europa abundat , nobisque præ copia pænè vilescit , admirabiles parvulus illis esuientibus epulas præberet , cùm apud has gentes non tam scientiam notitias , quām charitatem zelus desiderare ureret . Requiritur tamen , ut primum quis symbolum , mysteriaque fidei præcipua norit exponere , pro capitu audiendum : mox præcepta divina qui aut serventur , aut violentur : tum quæ ad Sacramentorum intelligentiam ulrumque peritentias modò proba : ille si laude floraret , non magnopere ego scholarum apparatus , reconditamque illam doctrinam , in eo desiderarem : quippe cuius munus magis prudens quadam , atque ingenij morumque barbarorum peritia constet , quam subtiliori literatura . Ut enim Magistri Novitiorum in Religiosis dominis (ut prudenter consideraverit P. Acolita lib. 4. c. 10.) eligantur , virtute , prudenciaque præstante , si foquus usi retum spiritualium : propterea cum ea artis artium sit , non tam paginis evolvendis , quām in eternis spiritus motionibus discernendis paratur : tamecum fundamentum istud jacit in vita purioris , ac fenus exercitatiæ ad discressionem boni & mali , Sanctorum Patrum lectio , ut Gregorij , Basiliij , Bernardi , divinæque Scripturæ præsternit meditatio plaustrum adjuvet : ita plane in moderatione Barbarorum , qui novitij quidam sunt Religionis Christianæ , & quideam quibus omnia divina , & ecclesiastica valde nova , Valde iuulata occurrant , exoptanda esset eximia quædam virtus sanctitas in Ministro DEI , cum pati prudentia ac dexteritate laude conjuncta . Scientias verò in modis , eaque mensura , quæ communiter oportuna est ; ut sciat quæ forma Catechismi servanda , quis ordo Sacramentorum tenendas : quantum sibi liceat in solleutione , quæ sim reserata crimina . At Barbarorum ritus , & avitas superstitiones , non nisi longo reruſi usi dejicere posse.

Notandum verò, quod si in plenisque mediocritate quædam doctrina sufficiat, oportere tamen esse inter Ministros aliquos præstantes Theologos, quos ceteri consulant, & à quibus veluti à fonte veritatis doctrinam hauriant. Nam & ad veteres bellendos errores, & ad novam fundandam tuendamque Ecclesiam Theologia doctrina magnopere est necessaria: in exordiis enim rerum omnium, maximè Religionis, præcipua quædam sapientia, & industria opus est, quemadmodum in novis plerumque stirpis vas videmus accidere, ne error in principio sit: quasi originalis, & in ceteros traducatur, maximè unque cum in fine esse contingat. Præcipue cum in novis regionibus novisque plantationibus, nova negotia, novi mores, leges, contractusque occurant, aliisque magne difficultates se offerant; quibus nisi sacrae doctrinae

n Minis-  
tore  
percur-  
apieciia

Atrax lux & cognitio adsit, in magnis ignorantiae  
tenebris maxime periculo salutis aeternae ho-  
mines versentur necesse est

## C A P V T XI.

De peritia linguarum Ministris S.  
Evangelij necessaria.

**C**Opiam sermonis, loquendique facultatem ei,  
qui docendi partes luscipit, adesse oportere  
nemo dubitat quoniam obrem Apostolos suos, non  
ante ad docendis gentes Christus misit, quam  
genitum linguis S. Spiritus dono loquerentur. Fi-  
des enim, sine qua salvus esse nemo potest, ex audi-  
tu est, auditus autem per verbum Dei. Hic ergo sita est  
salus gentium in verbo Dei: quod sane ad homi-  
nes pervenire non potest, nisi vocibus hominum  
deferaur: quas qui non percipiunt, verbi Dei vim  
sentient nunquam. Quia una in re vel maximè sudar-  
re oportebit servum Christi si hominum amet fa-  
ludem. Quamquam enim dicitur que molesti la-  
bores sint alienæ linguæ descendæ, barbarica pre-  
sertim: tamen & gloria Victoria est, & dulcis-  
simi fructus, & Dei charitatis illustre testimo-  
nium.

Igitur si quis salutis animarum studio inflam-  
matus est, ut optimè Josephus Acosta prosequi-  
tur, sibi is serio persuadeat, nisi præclarum spe-  
rate oportere, nisi sermonis primum callendi in-  
defessa cura sit. Si enim is, qui soppel' et idiotæ lo-  
cum, ad tuam benedictionem, quam non in ellig-  
it, non potest dicere Amen: quamvis tu bene  
gratias agas, sed ille nihil adificatur: quoniam mo-  
do concionanti tibi, quamvis mirabiliter, quam-  
vis divinè de Christo, populus ignorat lingue, &  
profundi se mons respondebit in corde suo A-  
men, hoc est, animi præbebit assensum? Quomo-  
do, quamvis tu recte loquaris, adificabitur adfi-  
dem & dilectionem frater, cum voices tantum  
sparguntur in ventum, ac more Babylonica con-  
fusionis, qui sermonibus disident, nequam  
seni, animisque consipiunt? Quare nihil commo-  
dius, aut certius est, quam ut homines probari, at-  
que integri, sermonis bacardi curam suscipiant,  
familiarissimam consuetudinem habeant, co-  
piamque ad discendum sibi parent, tum arte, tum  
exercitatione diuturna. Neque enim alia via orbis  
terrarum reliquias ad gratiam Christi pervenit,  
quam verbi Dei fortis instantiæ prædicatione.  
Sicut in Actis Apostolorum sè legimus, & Ec-  
clesiastice omnes historie tradant.

Neque vero aliud aditus, aut alia via infidelibus  
ad Christum aperienda est, quam assidua, effica-  
cias, ipsiusque accommodatae prædicationis verbi  
Dei. Nam præter documenta divina plurima,  
eademque gravissima attestatur nobis copiosissi-  
mè id ipsum rei experientia. Si enim quem Barba-  
ri naasti fuerant lingua sua peritum Concionato-  
rem, attenuissime eum audiunt, magnopere dele-  
ctantur facundia, ipso dicentis impetu rapiuntur,  
atque oculis, oculis immotis hærent suspensi:  
sibi que invicem dicunt, nunquam se Christi legem  
talem cogitasse, aut audivisse: quidam concionis  
vix ipsius citius affirmant. Quod si qui populi  
aliquid vel in eloquentia, vel piobitatis præ se fe-  
runt, præ cetere inventum ut sine illa exceptione,  
ij esse maximè, qui Sacerdotes aut habuerunt, aut  
habent vereranos, sermonis sui peritos. Perditiissi-  
mi vero omnium, qui novos & imperitos Magis-  
tros ab Europa recenter fortini sunt, quorum in-

Thom. à Jefu Oper. Tom. I.

faniam egregiè rident, elinguesque contem-  
nunt.

Itaque elaborandum est Ministris, a que studio  
& tolerantia, sermonis facultas paranda: id enim  
quamvis difficile ac negotiosum sit, non tamen  
fieri nequit. Et quamvis linguarum lectores, sive  
Grammaticæ peruviles sint, verum hæc omnia in-  
star umbratilis pingue, & palestræ postius quam  
acies. Ad tem ergo veniendum est, & frequenti  
colloquione cum infidelibus agendum, ubi au-  
diendo ac loquendo sermo familiaris fiet. Inde  
ad conciones progrediendum, ut pudore, metuque deposito, sive & audacter errandum, ut  
aliiquid non eretur. Initio quidem memoriter  
& res & verba discenda, mox etiam sequentur  
verba res ipsas. Ita quidem, dicit opinor aliquis,  
præcipere in promptu est; exsequi vero per quam  
remotum. Ita sane est, atamen & labor omnia  
vincit, & labore facit jucundum propensio ani-  
mi. Ac certè nulla in hac causa major difficultas  
est, quam avevit voluntates hominum. Quoniam ob-  
rem si Sacerdotes Ministriæ multum in anima-  
rum conversionibus proficere cupiunt, illud modi  
omnibus carent, ut recentes ab Europa, antea  
quam fervor ille, & sitis animarum interfectus,  
nulla alia re occupentur, ac detineantur, quam ac-  
curatissimo studio discenda lingua illius gentium,  
ad quam appulerint, & postquam dicent, ex-  
cerenda. Hoc nisi fiat, vix aliquid perficietur,  
quod experimen to compertum habemus. Sapien-  
ter è gō & religio è, ut refer. Jos. Acosta lib. 4. c. 9.  
Dominicanæ familiae Patres in Indijs Occidentali-  
bus inviolabili statuto, recentibus ab Hispania,  
totum primum annum, nihil aliud quam studi in  
sermonis injungunt. Anno in regno exacto, ad fru-  
sticandum mutum: quod utinam omnes seque-  
remur exemplum; fieret paucis annis sine dubio  
plus quam alias effectum est plurimi.

Præterea est per quam necessarium, ut regionis, Ratio pa-  
in qua degunt, sermone loquantur omnes. Sunt tandem  
enim necessaria omnia ista præsidia, ut facultas gentium  
paretur verbi divini Gentibus annuntiandi. At si lingue,  
quis vel per occupationes urgentes, vel per minus  
felicem ingenij fortem, ranta confici nequeat;  
non debet continuò sibi ab hoc DEI opere va-  
candum esse existimare, silentioque vitam agere.  
Poteſt enim multis modis facultatis suæ exiguitatem  
adjuvare. Primum, si doctus ipse cum sit, &  
virtus probatæ, socio utatur sermonis perito,  
quem ipse sententiæ scotism doceat, & quid,  
quoque modo dicendum sit, instruat: eumque, ut  
Moyses Aaron, interpretem habeat: ut per illum  
potius ipse loquatur. Non quidem ut aler alterius  
verbis reddendo verba, loquatur interpretis mo-  
re. (quod frigidum est, tame si ne id quidem con-  
temnendum) sed summatum potius edocet, ante  
concionem, oratoris partes impletar, si socius con-  
tingat idoneus & fidelis.

Præterea non esset utilitatis exigua, si aliquot  
ipse Conclaves, & brevem aliquam Catechismi  
expositionem memoriter disceret, atque ea idem-  
tidem repeteret apud Barbaros. Neque enim ve-  
rendum est, ne eos repetitione offendat: neque tam  
isti indigenit magnis & exquisitis rationibus, quam  
quibusdam facilioribus, accommodatis, iisque se-  
pius repetitis. Nam & gloriosissimus Dei fraco  
S. Franciscus, eo modo instituisse Fratres suos sim-  
pliciores prædicatione perhibetur. Et B. Franci-  
scus Xaverius apud Indos ea industria multum in  
conversione gentium profecit. At id quidem Mi-  
nistri non difficile, infidelibus autem percom-  
modum foret, ut in missionibus loca subinde mu-